UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Ephemerologivm Ecclesiastio-Rubricisticum Novum

**Halden, Johann Baptist**

**Brixinæ, 1717**

Titulus II. Singularia Festorum Mensis Februarij, Qui Anno communi habet dies XXVIII. Anno verò Bissextili XXIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39937**

Visual Library

non transfertur, ideo Hymnus propr: Veſperarum *Martina celebri &c* jungendus eſt (exceptâ ultimâ Strophâ) Hymno Matutini, huic eum itâ præponendo, ut ex duobus fiat unus, & ſub eadem cum hoc Clauſula eum terminando, quando Is (ùt regulariter Contingit) in pridianis Veſperis dici non potuit: itâ enim ſtatuit S. R. C. 1692. 26. Jan. Lectiones I. Noct: de Script: occurrente, obſervando tamen ea, quæ dicta ſunt die 29. hujus. Lect. II. Noct. utì & *Hymnus* Laudum propr: Reliqua de Commun: Virg. & Mart. Missa. *Loquebar &c*, 1. de Com. V. & M. cum *Gl.* ſine *Cr.* oratio 2. *DEus, qui ſalutis* 3. *Eccl.* vel pro Pap. *Col. Rub.* Veſp. de ſeq. cum Mutat: 3. Verſus in Hymno: *Iſte Confeſſor*, & Com: præced. *Col. Alb.*

31. S. Petri de Nolasco *Conf.* Dupl. min. In Hymno Matutini mutatur 3. Verſ. Lect: I. Noct. de Script: occurr: (obſervando tamen ſimul 29. Jan: annotata) II. Propr III. *Nolite timere puſillus Grex.* Orat: propr. Reliqua de Commun. Confeſſ. non Pontif. *Miſſa: Juſtus ut Palma* (2. de Comm. Conf. non Pont.) cum *Gl.* ſine *Cred.* Orat: unica, eáque propr. *Col. Alb.* In 2. Veſperis fit Commem: de ſeq. *Col. Alb.*

# *TITULUS II.*

## Singularia Feſtorum Menſis Februarij,

### *Qui Anno* communi *habet dies XXVIII. Anno verò Biſſextili XXIX.*

1. Sanct. Ignatii Epiſc. & Mart. Semid. Lect: I. Noct: de Script: occurr. II. & III. Propr. Reliqua de Comm. Un: Mart. Pont. Orat: *Infirmitatem noſtram &c*, ùt in eodem Communi 1. locô. Missa propr: cum *Glor.* ſine *Cr.* Oratio 2. *DEus, qui ſalutis.* 3. *Eccl.* vel pro Pap: niſi transferatur poſt Purificat: tunc enim 2. Oratio eſt *A Cunctis*, 3. ad Libitum. Si venerit poſt Septuageſimam, poſt Graduale Omiſſo *Alleluja*, & verſu ſequente dic: Tractus. *Col. Rub.* Veſperæ (niſi Feſtum Purific: ob occurrentem cras *Dominicam privilegiatã* debeat transferri, dicuntur de Craſtino Feſto ſub Ritu dupl: 2. Claſſ: recitando omnia

uti

utì notantur in loco, ſine Commem: præced: in *Veſperis autem ſolemnibus* ( ſeu hodie, ſeu cras decantentur ) *de B. V.* obſervando ea, quæ ſuprà die 23. Jan: circa Intonationem Hymni : *Ave maris ſtella &c* ex Bauldryo, Lohnero, & Cærem: Epiſc: ante finem illius diei à me ſunt annotata. In fine Hymni Completorij dicendum : *JEſu tibi ſit Gloria, Qui natus es de Virgine. Col Alb.* Quòd ſi autem cras occurrat *Dominica privilegiata* ( v. g. *Septuageſimæ*, aut *Sexageſima &c.* ) Veſperæ uſq. ad Capitulum erunt de S. Ignatio Epiſc. & M. ùt in 2. Veſperis de Commun: Un. Mart: à Capitulo verò de *Dominica privilegiata*, ùt ibi, cum Commemoratione præcedentis. *Col. Viol.* Romæ eſt hodie *Vigilia & Jejunium de Præcepto* ex Inſtitutione SS. D. N. Clem: XI. anno 1703. occaſione Terræmotus, qui cùm prædictam Urbem graviter concuſſerit, ferè nullum intulit damnum, utì teſtatur *Franc. Monacelli Formular. Legal. Pract: P. 2. Tit. 13. fol.* 140. columna 2. n. 17. agens de Inſtitutione *Feſti Purificationis*, tanquam uno ex illis, quæ in Eccleſia univerſali celebrantur : de quorum omnium ( Feſtô S. Nominis Mariæ anteriorum ) Origine ac Inſtitutione agit eodem Tit à fol. 139. n. 12.

2. Purificatio B. M. V. duplex 2. Claſſ. Si hoc Feſtum cadat aut celebretur extra Dominicam, ad
*Benedictionem Candelarum*, & Pro-
*ſionem* adhibentur Paramenta Co-
ris violacei; ad reliquum verò
*ficium*. ac *Miſſas Color Albus*: di-
túrque omnia, utì notantur pro-
loco, ac reſpectivè in Officio
vo B. M. V. terminando omnes H-
mnos ( exceptô Hymnô : *Ave*
*ris ſtella* ) per Verſum *JEſu tibi*
*Gloria, qui natus es de Virgine.*
Primam verò in Reſponſorio b-
dicendo Verſum *qui natus es de*
*ria Virgine* : atque utrumque
obſervando etiam in alijs Feſti
M. V. & infra horum *Octava*
tiamſi Officium non fiat de ipſ-
*ctava*, ſed de *aliquo Sancto* ) u-
tunc, quando Officium fit *de S.*
*ria in Sabbato* etiam reſpectivè
Completorium Feriæ VI præce-
tis, quando in Veſperis illius
facta eſt ſaltem Commemoratio
*B. V. in Sabbato*. In *Miſſa* hodie-
na ( quæ tota eſt propria ) *Gloria*
*Credo*. Oratio Unica, niſi ven-
Dominica non privilegiata. Si
nerit Purificatio poſt Septuageſim-
tunc poſt Graduale ( Omiſſo *Al-*
*luja*, & Verſu ſeq: ] dic: Tra-
Præfatio ſemper eſt de Nativi-
Domini in hac Miſſa; *Communica-*
*tes* verò Commune. *Col. Alb.* H-
eôdem modô fit *Officium*, & *Mi-*
[ niſi quòd in hac non dicatur
Tractus, ſed Graduale cum *Allelu-*
*&c* ] quando Feſtum Purification-
incidit in *Dominicam non privileg-*
tam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*tam* ( v. g. in Dominicam IV. poſt Epiph: uti hoc anno 1710. ) quódque tunc in utriſque *Veſperis*, *Laudibus*, ac *Miſſa* fiat Commemoratio Dominicæ occurrentis, & de eadem dicatur 9. Lectio in *Officio*, & ult: Evang: in Miſſa; nec non *Benedictioni Candelarum* præmittatur *Aquæ benedictæ Aſperſio pro more.* Verùm eo in caſu convenienter Octavæ Lectioni de Feſto Purificationis jungitur ea, quæ alioquin eſt nona, & ex duabus fit una. Idem eſt, quando hoc Feſtum ibi, ubi eſt *Titulus Templi*, celebratur in Dominica privilegiata II. Claſſis. De cætero ſi Feſtum Purificat: occurrat in aliqua *Dominicarum privilegiatarum* ( puta vel *Septuageſimæ*, vel *Sexageſimæ*, vel *Quinquageſimæ* ) tunc id quoad *Officium*, ac *Miſſam* juxta Rubricas transfertur in Feriam II. ſubſequentem ex Decreto Clementis VI. hodie autem tunc fit in Eccleſia univerſali ſolummodo *Benedictio*, & *Diſtributio Candelarum*, ac *Proceſſio*, ùt infrà, & in Miſſali, factâ priùs more ſolito *Aquæ benedictæ Aſperſione*, antequam celebrans aſcendat ad Altare pro inchoanda *Benedictione Candelarum*: OFFICIUM autem ac MISSA dicuntur eô annô hodie de *Dominica illâ privilegiata* in ijs Eccleſijs, quæ in B. V. M. honorem DEO dedicatæ non ſunt, attamen non niſi usque ad *Veſperas*; hæ enim ( cum Commemoratione tamen *Dominicæ privilegiatæ*) dicuntur tunc de ſequenti Feſto Purificationis in craſtinam Feriam II. tranſlato, ùt dictum die præcedente. Simili quoque modô celebratur Feſtum Purificationis occurrens in Dominica privilegiata in illis Eccleſijs, quæ in honorem B. V. quidem ſunt DEO dedicatæ, non tamen ſub *Titulo Purificationis*, ſed alio quocunque, niſi quòd in *his* ex Decreto Clementis VI. cantari debeant, aut ſaltem poſſint cantari conformiter Rubricæ VI. Miſſalis ac Cæremoniali Epiſcoporum L. 2. c. 16. apud Bauldry P. 4. c. 3. *duæ Miſſæ Conventuales*, una de *Feſto Purificationis* ( utut quoad *Officium* & *Miſſas privatas* in craſtinum tranſlato ) altera ( correſpondens Officio hodiernæ Dominicæ ) de *Dominica currente privilegiata*, dicendo in fine utriusque Evangelium S. Joannis, nec faciendo in Priore Commemorationem de Dominica. At verò in ijs Eccleſijs, quæ in honorem B. V. M. dedicatæ ſunt DEO ſub *Titulo Purificationis* ( adeoque ubi B. V. *Purificata* quà talis eſt *Patrona Eccleſiæ* ) Feſtum Purificationis occurrens in Dominica privilegiata minimè transfertur, ſed tam *Officium*, quàm *Miſſæ omnes*. etiam *privatæ*, dicendæ ſunt de Feſto, cum Commemoratione tamen occurrentis Dominicæ privilegiatæ in utriſque *Veſperis*, *Laudibus*, ac *Miſſa*, nec non cum nona Lectione de Homilia ejusdem

Dominicæ in *Officio*, ac *ultimo* de eadem *Evangelio* in *Miſſa.* Ratio pro hujuſmodi Eccleſijs ex Rubricis eſt : quia *Dominicæ majores* 2. Claſſis ( quales ſunt tres ſuprà dictæ Dominicæ privilegiatæ ) cedunt in occurſu *Patrono Templi*, ſeu *Feſto Titulari Eccleſiæ*, tanquam duplici 1.æ Claſſis. Unde in tali Eccleſia nequaquam cantari debet Miſſa inſuper alia de *Dominica*; quia ( ùt notat Arnaudus Tr: 1. P. 4. Tit. 14. n. 2. ) nunquam Miſſa dicitur de *Dominica*, niſi quando de ea factum eſt *Officium*, hoc autem in tali Eccleſia non fit de *Dominica*, ſed de *Feſto Titulari* : ergo ibi de Dominica fit tantùm Commemoratio in Miſſa, cum ultimo de eadem Evangelio : atque ad ſolam *Benedictionem Candelarum*, ac Proceſſionem adhibetur col: viol: in ejuſmodi Eccleſia, ad *Horas* verò, & *Miſſam* Col: Alb: etiam in tali Dominica privilegiata.

Quia hodie finitâ Tertia in Choro præmittitur *Miſſæ Conventuali* hodiernæ diei Benedictio & Distributio Candelarum, atque etiam Proceſſio, Ritu in Miſſali Romano deſcripto: ad has autem ſolas adhibentur *Paramenta Violacei coloris* ( non item ad *Miſſam de Feſto* ) ſolóque illo tempore, quo dicta peraguntur, ac proinde Aræ illi, ad quam reſpectivè Cæremoniæ illæ peraguntur, debet eſſe prætenſum Pallium, ſeu Antependium *Violacei coloris*, ideo Pallium illud *Vi*-
*laceum* ità ſuperinducendum
Pallio alteri *coloris albi*, ſeu *M*
*de Feſto* Conformis, ut ante Miſſ
ſi dicenda ſit de *Feſto B. V.* facile
moveri queat.

Quid autem porrò ſit obſer-
dum ( tam in *minoribus*, quàm *ma*-
*joribus* Eccleſijs ) circa Benedic
nem, necnon Distributionem C
delarum, ac Processionem hujus
fusè & accuratè deſcribitur à B
thol. Gavanto *Theſaur: Sacr.*
*Tom.* 1. *P.* 4. *Tit.* 14. Mich. B
dryo *Manual: Sacrar: Cærem*
novæ edit: P. 4. c. 3. a. 1. 2. 3. &
junctis ijs, quæ habet tum P.
9. n. 15. & 18. tum etiam in App
dice Manual: à c. 7. Gerlaco Vi
re Compend: Sacr. Rit. P. 6. Ti
Claudio Arnaudo *Epit. Theſ. Sa*
*Rit.* Tr. 1. P. 4. Tit. 14. & deni
ipſo Cæremon: Epiſcopor. P.
& 17. Inter alia autem mon
in Menſâ, pulchro Linteo coop
& vel in medio ante Altare,
( quod Commodius ) in Cornu E
ſtolæ cum impoſitis eidem ſuffi
tibus Candelis collocandâ, para
inſuper debere eſſe vas Aquæ be
cum aſperſor: & Thuribulum c
Navicula: in ipſo verò Cornu Al
collocandū Miſſale apertum, ad q
antequam Sacerdos Candelas be
dicturus accedat, oſculari priùs d
bet Altare in medio. 2. Dum ſ
in Cornu Epiſtolæ, ad dicendam



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tono Orationis Miſſæ Ferialis Orationem, huic præmittit Verſum: *Dominus Vobiſcum &c*, non debet ſe vertere ad Populum, ſed ſtare verſus Altare, neque diducere manus, ſed junctas eas tenere non tantùm ad *Dominus Vobiſcum*, ſed etiam ad *Oremus*, & omnes *Orationes*, quæ ſequuntur: id quod etiam in aliarum Rerum Benedictionibus obſervandum: dum autem dicit *Oremus*, vel profert Nomen *JEſu*, vertit ſe ad Crucem (junctis tamen hîc quoque ſemper manibus) atque ei ſe inclinat: quam modicam capitis inclinationem verſus Altare etiam faciunt Clerici in Choro aſſiſtentes, ac Celebranti, cùm opus eſt, reſpondentes: nunquam autem Celebrans inter benedicendum genuflectit (niſi privatim celebret) eſto genuflectant ejus Miniſtri. Idem ſub Initium Proceſſionis ad *Procedamus in Pace* non priùs ſe vertit ad Populum, quàm Chorus reſponderit: *In Nomine Chriſti, Amen*: tum enimverò in Plano, factâ Altari debita Reverentiâ, accipit à Diacono Biretum cum ſolitis oſculis, qui etiam ſuum accipit à Cæremoniario. 3. Proceſſioni Crucem præfert Subdiaconus, ſed ità, ut Crucis Imago terga vertat Clero ſequenti (quaſi præire videatur) ac medius inter 2. Ceroferarios cum Candelabris accenſis, præcedente Thuriferario cum Thuribulo fumigante: eos per Ordinem ſequitur Clerus, juniores primò, deinde ſeniores, utrique bini & bini, facientes priùs debitam Reverentiam Altari, & inclinationem nudo Capite profundam Celebranti (eos pariter conſalutanti Capitis inclinatione) portantésque Candelas accenſas, ſed ità, ut Is, qui à dextris incedit, ſuam geſtet manu dextrâ, ille verò, qui à ſiniſtris, ſiniſtrâ quoque manu ſuam deferat candelam, ad æqualem tamen uterque diſtantiam ſeu altitudinem eam elevando, manu verò altera vel librum ſuſtentando Ritualem (ſi eô opus habeat) vel manum librô vacuam pectori ſuo admovendo: Quòd ſi numerus ſit impar, ſenior ſive dignior procedit in medio duorum ultimorum, qui etiam ſolus, maximè ſi fuerit Prælatus, aut Superior, poſt omnes incedere poterit. *Gerlac. P. 4. Tit, 6 §. 29.* Quando per anguſtiorem Locum eſt tranſeundum, junior præcedit, ſenior ſubſequitur, loquendo de Proceſſionibus, in quibus Clerus incedit ante Celebrantem (nam ſecùs eſt in alijs, in quibus ſeniores ſeu digniores incedunt proximè poſt celebrantem) poſt ſuperatas autem loci anguſtias, eodem iterum modô, quô priùs, incedunt. Quæ omnia etiam obſervanda ſuô modô ſunt in alijs Proceſſionibus, v. g. Dominicæ Palmarum, Ss. *Corporis Chriſti &c.* de quibus Vide Gay: *Tom 1. P. 1. Tit. 19. n. 3. lit. e.* Bauldry *P. 2. c. 14. & ſeqq.*

*ſeqq.* Gerlacum Vinitorem *loc. cit.* Tob. Lohner *Inſtruct. pract.* 1. *P.* 5. *Tit.* 2. Paul. Mariam Quarti *Tract. de Proceſſionib:* apud quorum primum & ſecundum etiam reperies, quid circa præferendam Crucem Regularibus, aliisque Sodalitijs, ac Congregationibus ſit obſervandum. In hac Candelarum proceſſione, aliiſque ſimilibus, quæ fiunt intra Eccleſiam (qualis eſt etiam Palmarum) ſine circumlato SS. Sacramento, non eſſe pulſandam Campanulam ad Elevationem SS. Sacramenti in Miſſa privata, & ſiquidem pulſetur ac advertatur Elevatio, tunc eſſe genuflectendum utroque genu à Tranſeuntibus ante Altare, in quo Miſſa celebratur, depoſito autem SS. Sacramento progrediendum; & ſimiliter ſi alij tranſeant ad Elevationem Calicis, decretum ajunt à SS. Rit. Congr: 1681. 1. Martij. 4. Dum in Miſſa cantatur Evangelium, candelæ uſque ad ejus finem tenendæ ſunt accenſæ ab omnibus, etiam à Celebrante (non tamen à *Miniſtris*) qui data ante Evangelium Diacono Benedictione ſtans in cornu Epiſtolæ eam accenſam accipit à Sacriſtano, vel alio, eámque & ipſe ſtans tenet ad Evangelium, quod Diaconus cantat: quô finitô, antequam librum oſculetur, eandem reddit Sacriſtæ, vel alteri extinguendam. Decantatô Evangelio extinguuntur etiam cæterorum Candelæ; ſed paulò ante Elevationem SS. Sacramenti eædem rurſus a[…] cenduntur, & ſic ab ijs accenſæ tene[…] tur usque ad completam Comm[…] nionem Sacerdotis, aliorúmque, qui adſunt; poſt Elevationem ta[…] tenentur à Stantibus, non autem à [ge]nuflectentibus: Intelligenda ta[…] modò dicta ſunt ſolummodo pro [ca]ſu, quô Miſſa hujus diei cantatur [de] *B. V.* nam quando Miſſa *hujus* [diei] eſt de *Dominica privilegiata* (p[…] *Septuageſimæ*, vel *Sexageſimæ*, [vel] *Quinquageſimæ*] non eſſe cand[elas] accenſas ſub *Evangelio Miſſæ* [...] *tenendas*, ex Marcello in Cære[m.] Rom. L. 2. c. 28. tradunt Gav: Ba[…] Arnaud: & Vinitor: id colligen[…] tum ex verbis Rubricæ Miſſal: in[…] nuantibus candelas accenſas ten[…] in honorem B. V. & conſequen[ter] in ejus tantùm Miſſa; cum ex pr[a]xi trium præcipuarum Eccleſiarum Romæ, nempe SS. Petri & Pa[uli,] S. Joan: in Laterano, & S. Mar[iæ] Major.

Ad Vesperas [ſi hodie fa[…] ſit de *Feſto Purific:*] dic: Antiph. [Si]*meon juſtus*, cum reliquis de Laud[ibus] Pſalmi conſueti de B. V. ex ejus [Of]fic. parv., Capitulum, Hymnu[s,] Verſus & Oratio ùt in 1. Veſpe[ris] Feſti. Antiphona ad *Magnif.* propr: Commemoratio de S. Bla[ſio] Oratio: *DEus, qui nos Beati.* de Commun. un. Mart. Pont: in Eccleſia Univerſali. *Col. Alb.* Hodie poſt Veſperas diei, dictô *Benedicamus Domino*

&

& omiſsô Vers : *Fidelium animæ &c*, dicuntur Veſperæ Defunctor : pro 1. die menſis Febr: non impedita, ſi quidem cras non ſit faciendum de Feſto 9. Lectionum : alioquin alia die ſimiliter non impedita ante Quadrageſimam.

Quòd ſi cras occurrat Dominica, vel Feſtum 9. Lectionum, quod non ſit 1.mæ Claſſis [ v. g. ſemiduplex translatum ] fit etiam illius Commemoratio ante Commemorationem de S. Blaſio : Ubi autem S. Blaſius eſt Patronus propr. Eccleſiæ, *ibi* integræ hodiernæ Veſperæ dicuntur de illo, cum Commemoratione Feſti præcedentis, non item Dominicæ, ſi quæ hodie occurrat, niſi ſit Dominica privilegiata.

Si *Veſperæ* dividantur à *Completorio*, in fine earum dicitur in Choro adhuc Antiph: *Alma Redemptoris*, utpote ſpectans ad Partum Virginis. Poſt Completorium autem hodierni Officij incluſivè & deinceps usque ad Feriam V. in Cœna Domini excluſivè dicitur Antiph: *Ave Regina Cœlorum &c*. cum Vers: *Dignare me*, ac Oratione : *Concede miſericors DEus &c*. quæ Antiphona ad Completorium hodierni Officij, ac deinceps usque ad Cœnam Domini in fine Officij etiam tunc dicitur, quando Feſtum *Purificationis* hodie non celebratur, ſed transfertur, non obſtante, quòd Gavantus To. 2. ſect. 5. c. 22. n. 7. allegans Decretum Sac Rit. Congr. de anno 1606. extans in Officijs PP. Carmelitar: diſcalceator: ità ſcribat : *Dicitur hæc Antiphona* ( Alma Redemptoris ) *usque ad Purificationem excluſivè, ita, ut, ſi Purificatio quoad Officium transferatur, Antiphona hæc quoque non dimittatur niſi in fine illius Officij : imò verò, ſi Purificatio alicubi Octavam habeat, adhuc Antiphona hæc dicenda erit usque ad Completorium diei Octavæ excluſivè, ſeu usque ad finem Octavæ, ſi fortè contingat eam finiri ad Nonam pridie Feriæ IV. Cinerum : quia tota Octava pro die uno reputatur &c*. Ratio eſt; quia veteri illi Decreto, quod Gavantus pro hac ſua modò ex eo relata ſententia in Editione antiquiore ſui Operis allegat, derogatum eſt per aliud recentius Decr. de anno 1681. 11. Jan: extans in Opere Gavanti recentiùs edito To. 2. ſect. 10. ad calcem Capitis 3. in quo declarat, atque decernit Sacra Rituum Congregatio : *Occurrente Feſto Purificationis B. M. V. in Dominicis Septuageſimæ, vel ſimilibus alijs privilegiatis, ità, ut illius Officium ex hoc contingat transferri, non eſſe ob id protrahendam etiam Recitationem Antiphonæ* Alma Redemptoris &c: *ſed die 2. Februarij poſt Completorium illâ dimiſſâ, juxta diſpoſitionem Rubricæ, & ejus laudabilem obſervantiam in Baſilica Vaticana, ſumendam eſſe Antiphonam* Ave Regina Cœlorum &c, *ſublatóque quolibet alio aſſerto difformi*

*quarumcunque Eccleſiarum uſu, ſive Conſuetudine, ità ab omnibus, qui Breviario Romano utuntur, pariformiter ſervari debere.* Similiter, ſi hôc Officiô translatô, antequam dies vacet, quô poſſit recitari, occurrat Feſtum Semiduplex, in hujus Officio pro Commemoratione B. M. in ſuffragijs, non debet ampliùs dici Verſus: *poſt partum &c*, & oratio: *DEus, qui ſalutis &c*, ſed Vers: *Ora pro nobis &c*, cum oratione: *Concede nos &c*: In Miſſa quoque de tali ſemiduplici Oratio 2.da tunc erit: *A cunctis*, & 3.tia ad libit: uſque ad Fer. IV. Cinerum. Ita enim ordinatum à S. R. C. ( Piſarto teſte ) 1705. 14. Febr.

Si cras non ſit faciendum de Feſto 9. Lectionum ( ſeu *occurrente*, ſeu *translato* ) tunc poſt Veſperas hodiernæ diei dicuntur Veſperæ Defunctor: pro 1.die Menſis Febr: non impedita; alioquin aliâ proximè ſimiliter non impeditâ.

Quando *Feſtum Purificationis* ( ob occurrentem hodie *Dominicam privilegiatam* ) transfertur in craſtinam Feriam II. ſeu diem 3. Februarij, tunc hodiernæ Veſperæ dicuntur ſub Rit. dupl. 2. Claſſ: de memorato Feſto Purificat: uti notantur in loco in 1. Veſperis ejusdem, cum Commemoratione hodiernæ Dominicæ tantùm, h. e. ſine Commemoratione S. Blaſij: Ad Completor: hodierni, & Horas omnes craſtini Officij dic: in fin: Hymnor: *JEſu tibi ſit Gloria &c*, Officium verò à Completorio hodiernæ diei incluſivè, uſque ad Fer: V. in Cœn. Domini excluſivè terminando per Antiphonam *Ave Regina Cœlorum*, juxta ante dicta.

Si S. Blaſius alicubi ſit Patronus Eccleſiæ, adeoque celebretur Ritu dupl. 1. Claſſis, tunc hodie Veſperæ integræ ſunt de S. Blaſio, de Feſto autem Purificationis hodie occurrente ſit tantùm Commemoratio, ùt in 2. Veſperis ejusdem, autem Dominicæ, non privilegiatæ, ſi quæ hodie occurrat, bene tamen Dominicæ privilegiatæ, ſi quæ hodie, aut cras occurrat, imò etiam non privilegiatæ, ſi talis cras occurrat.

Si Feſtum Purificationis alicubi ſit *Titulare* illius Eccleſiæ, tunc ibi non tantùm illi cedit Dominica privilegiata modô ſuprà dictô, tanquam duplici 1. Claſſis ( ità, ut celebrari eo die perinde, ac alijs annis ſolemniter poſſit ) ſed etiam celebratur in tali Eccleſia cum Octava, dicendo Lectiones II. & III. Nocturni infra Octavam, prout notantur in Octavario Romano ſuprà cit: Editionis Antuerpiens: de anno 16.. à fol. 50. & 66. Miſſam autem, ut in Feſto, quando ſit de Octava, cum Commemoratione Feſti ſimplicis occurrentis, & 3.tiâ Oratione de S. Spiritu; quæ alioquin eſt 2.da, tertia autem

tem *Eccleſiæ*, vel pro Pap: ſi nempe nullum Feſtum ſimplex occurrat. Si infra hanc Octavam ( ubi ea ſervatur ) celebretur *Miſſa Votiva*, aut de *aliquo Sancto*, Orationes in illa dicendas eſſe, ut Tempore Nativitatis Domini (motus, ut reor, authoritate Bauldry P. 3. c. 7. ſuper Tit. 9. Rubricar. Miſſal. ] ſcribit Gerlacus *P. 1 Tit. 9 ſ. 4.* fortè, quia eos tunc latuêre *duo* poſteriora S. R. C. Decreta *ſuprà* 2. Febr. à me allegata. Quòd *ſi verò* hoc, aut aliud Feſtum *habens Octavam* occurrat paucis an*te* Feriam IV. Cinerum diebus, & ea Octava non ſit completa, tunc Feria III. ante Cineres terminatur ejuſmodi Octava ad NONAM incluſivè: adeóque Veſperæ illius diei non ampliùs erunt de Octava, ſed de Feria tertia currente, niſi in eam incidat aliud Feſtum 9. Lection: tunc enim eſſent de iſto, attamen ſine Commem: de Octav. Vide tamen ea, quæ dixi P. 1. Fer III. poſt Dominicam in Quinquageſ: ubi paulò antè dicta reſtringo ſolummodo ad diem 7. Octavæ, non autem ad iſtam præcedentes extendo, quibus Veſperæ 2.dæ competere videntur ob rationes ibi adductas.

3. S. BLASII Epiſc. & Mart. Simpl. *Col. Rub.* In OFFICIO Invitatorium & Hymnus de Communi un: Mart. Antiph: & Pſalmi 12. feriales. Primæ duæ Lectiones de Script. hac die occurrente [ niſi ponendum ſit Initium alicujus Epiſtolæ Paulinæ nondum poſitum ] tertia eſt propria. Verſ: Mat: cum 1. & 2. Reſponſorio ſumitur ex eo Nocturno de Communi Unius Martyris, qui Feriæ, in quam incidit Feſtum ſimplex, correſpondet, dicendo in fine 2.di Reſponſorij *Gloria Patri* ante alteram Repetitionem ultimæ Partis Reſponſorij, & alia, ùt ſuprà 19. Jan. Ad LAUDES, & HORAS omnia dicuntur ùt in Commun: Un: Mart: etiam Oratio ( *DEus qui nos Beati* ) & poſt eam dicuntur Commemorationes Communes, ſeu ſuffragia Sanctorum. *Col. Rubr.*

Poſt *Laudes* diei ( ſi hodie non occurrat Feſtum 9. Lection. ) dicto *Benedicamus* ( omiſſo Verſu : *Fidelium animæ* ) dicitur Nocturnum Defunctorum, Feriæ currenti correſpondens, cum Laudib: Defunctor.

MISSA : *Statuit*, de Commun. Un. Mart. Pontif. cum *Glor.* ſine *Credo.* ſi veniat poſt Septuages: poſt Graduale Omiſſo *Alleluja*, & Verſu ſeq: dicitur Tractus. Oratio 2. *Fidel.* [illegible] 3. *à Cunctis.* Præf. Commun. At verò in Eccleſijs Cathedralibus & Collegiatis ( ſi hodie fiat de ſimplici ) dicuntur duæ Miſſæ Conventuales, una pro Defunctis poſt PRIMAM, altera de Feſto ( in qua 2. Oratio *à Cunctis* 3. ad Libit. ) poſt SEXTAM, ut ſuprà die 19. & 28. Januar. Quænam autem ſint obſervanda circa Orationes *A Cunctis*, & *ad Libitum*, vide



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P. I. Tit: 8. *de Dominica IV. poſt Epiph.* & inſuper nota ſequentia. 1.mò in Oratione *A Cunctis* ad litteram N. ponendum quidem eſt juxta Dicta P. I. cit: Nomen *Patroni*, & non alterius *Sancti*, nominare tamen duos *Patronos* non videtur P. Lohnero prohibitum, ſi ij tales ſint, qui alioquin ab Eccleſia conjungi ſolent, v.g. SS. Coſmam & Damianum; vel SS. Philippum & Jacobum &c. utì nec jungere Patrono univerſali Diœceſeos Patronum Particularis ejuſdem Eccleſiæ, vel Ordinis ( cùm ipſa praxis id confirmare videatur ) nec denique plures Communi Nomine exprimere, v. g. S. Mauritium, aut S. Urſulam cum ſoc. 2.dò. quando Sanctus aliquis plures ejuſdem nominis participes habet ( utì habet v. g. S. Franciſcus Seraph. ) non licere quidem addere nomen *loci*, ex quo eſt oriundus, in Oratione de tali Sancto ( dicendo v. g. *Joannis Damaſceni*; vel *Gregorij Nazianzeni* ) eſto ſit expreſſum in Calendario : quia tamen ipſa Eccleſia aliquando addit *Cognomen Familiæ*, aut aliud ab aliquo caſu, vel eventu &c. ( utì patet in SS. *Petro de Nolaſco*; *Raymundo Nonnato*; *Joanne Chryſoſtomo*; *Petro Cœleſtino &c.* ) ideo videtur Lohnero non eſſe contra mentem Eccleſiæ, ſi ejuſmodi Cognomen addatur, ſaltem, ſi Oratio de tali Sancto deſumpta fuerit ex Communi Sanctor: nam quando propriæ Orationes pro aliquo Sancto ab Eccleſia præſcribun[...] nil immutandum, aut addend[...] cenſet cum Gerlaco P. I. Tit. 9. § & Bauldryo P. 3. c. 7. Tit 9. R[...] n. 1. hinc inferente, quòd, lice[t] Calendario expreſſum ſit Cogno[men] familiæ (v. g. *Borromæi* 4. Nov.) [...] tamen id dici debeat in *Officio*, [...] *Miſſa*, niſì etiam ibi ſit expreſſ[um]. 3.tiò. quando intra tempus, quod [...] à Purificatione usque ad Quadr[...] & à Dominica I. poſt Pentec[...] ad Dominicam I. Adventûs occ[...] aliqua *Octava*, & infra illam [...] *Feſto ſemid*. in Miſſa talis Feſti [...] tio 2. eſt de Octava. 3. *Concede*, no[s] tem à *Cunctis*. Quando Feſtum [Pu]rificationis occurrens in Domi[nica] privilegiata ibi, ubi non eſt Tit[ulus] Templi, transfertur in diem hodi[er]nam, ſeu 3. Febr: tunc de S. Bl[aſio] in *Laudibus* & *Miſſis privatis* [...] Commemoratio, legitúrque de [...] in Officio Feſti Purificationis [...] Lectio, Octavæ autem Lec[tio] de Feſto Purificationis tunc [...] jungitur illa, quæ alioquin eſt [...] faciendo ex duabus unam. Qu[od si] Feſtum S. Blaſij ( idem eſt de aliis [Fe]ſtis ſimplicibus ) veniat in Sabbat[o] nondum currat Tempus quadrage[ſi]male, nec ponendum ſit Officium [a]licujus Dominicæ anticipandæ, [...] die ſuo celebrari impeditæ, Offici[um] non ſit de S. Blaſio, ſed de B. V. M. in Sabbato, dicuntúrque in Eccleſ[iis] Cathedralibus, & Collegiatis [...]

duæ Miſſæ Conventuales, in Miſſis autem aliarum Eccleſiarum, & privatis penultimò locò Orat: *Fidel*: ùt ſuprà P. I. Tit: De *Sabbatis poſt Octavam Epiph*: & Titulo: *De Ferijs occurrentibus poſt Dominicam II. poſt Epiph*; fusè declaratur. Vide quoque dicta ibidem Tit: *de Dominica III. poſt Pentec*: ac *Ferijs eam ſubſequentibus*.

Quòd ſi hoc die faciendum ſit de Feſto 9. Lectionum ( ſeu *occurrente*, ſeu *translato* ) aut de *Dominica occurr. non privilegiata*, aut de *die Octava*, vel *die infra Octavam*, tunc de S. Blaſio fit hodie tantùm Commemoratio in Laudibus, ac Miſſa, cum 9. de eodem Lectione : ſi tamen Feſtum illud, de quo fit, ſit 1. vel 2. Claſſis, vel Feſtum ſimul duplex aliud incidat in illam Dominicam, tunc in 1. caſu nihil fit de S. Blaſio; in 2. verò dicitur quidem de eo 9. Lectio, Commemoratio verò non niſi in Laudib: ac privatis Miſſis, in 3. autem caſu 9. Lectio non dicitur de illo, ſed de Dominica, fit tamen poſt factam de Dominica Commemorationem etiam de S. Blaſio in 1. Veſperis, Laudibus, ac Miſſa Commemoratio. Sola quoque fit de eo in 1. Veſperis, Laudibus, ac Miſſa Commoratio, ſi incidat in Dominicam privilegiatam.

Quòd ſi denique S. Blaſius ſit alicubi *Patronus Eccleſiæ*, fit hodie de illo ſub Ritu duplici 1.mæ Claſſis, & cum Octavâ ( omittendâ tamen juxta Rubr: 7. de Octav: ſi cras occurrat *dies Cinerum*, aut ſaltem abrumpendâ eo adveniente, ſi tota ante Quadrageſimam abſolvi non poſſit ) prout in Octavario Romano de Commun: Un. Mart. Pontif. fol 222. & 243. necnon cum Commemoratione Dominicæ occurrentis in utriſque Veſperis, Laudibus ac Miſſa; at verò de Dominica antecedente hoc Feſtum in tali Eccleſia in 1. Veſperis Feſti non fit Commemoratio, niſi Dominica illa ſit privilegiata, uti eſt Dominica Septuageſimæ, ac eam proximè ſequentes; bene tamen in 2. Veſperis de ſequente Dominica etiam non privilegiata *Col. Rub.*

Si hodie propter Officium de Feſto 9. Lection: non fuit dictum *Officium Defunctorum* cum annexis, dicetur id proxima die ſimiliter non impeditâ ante Quadrageſ.

Veſperæ ( ſi quidem hodie factum fuit de S. Blaſio Ritu duntaxat ſimplici ) dicuntur Ritu ſemid: de Præcepto de S. Andrea Corſino Epiſc. Conf: dicendo omnia præter Orationem (quæ eſt propria: *DEus, qui in Eccleſia tua &c.*) ùt in Commun: Confeſſor: Pontif: ſed cum mutatione 3. Verſus in Hymno: *Iſte Confeſſor*, hodie & cras. *Col. Alb.* Quòd ſi Feſtum S. Andreæ Corſini ob occurrentem cras Feriam IV. Cinerum transferatur, & hodie factum fuerit Ritu ſimplici de S. Blaſio, Veſperæ ho-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

diernæ totæ erunt de Feria currente hodierna, cum Oratione de Dominica præcedente: ad eas, & deinceps *Col. Viol.* juxta ea, quæ ſuprà dixi P. I. fer. III. poſt Quinquageſ.

4. S. Andreæ Corsini Epiſc: Conf: ſemid. *Col. Alb.* Lectiones I. Noct: ante Quadrag: de Script. occurrente (niſi ponendum ſit Initium alicujus Epiſtolæ Paulinæ antecedentis aut ſubſequentis, juxta Rubr. Gen: 26. n. 6. & 7. & dicta ſuperiùs P I. Tit: *de Ferijs occurrentibus poſt Dominicam II. poſt Epiph.*) in Quadrageſ: autem: *Fidelis ſermo &c.* de Commun: Conf. Pontif. II. propr: III. *Homo peregrè &c.* de Communi (uti & reliqua) Conf. Pontif. Missa *Statuit*, itidem de Communi Conf. Pontif. præter *Orationem* propriam, quæ in recentiſſ: Miſſalibus exſtat in ord: in alijs inter Feſta ad Libitum. In ea *Glor:* ſine *Cred.* Si venerit poſt Septuageſ: poſt Graduale, omiſsô *Alleluja*, & Verſu ſeq: dic: Tractus. Oratio 2. *A Cunctis.* 3. ad Libitum: Præf: Commun: ſiquidem celebretur ante Quadrageſimam: alioquin Oratio 2. erit de Feria majori Quadrag. 3. *à cunctis.* Præf: quadrageſim: & in Eccleſijs Cathedralibus ac Collegiatis fient tunc 2. Miſſæ Convent: ùt ſuprà P. I. *Col. Alb.* Veſperæ dicuntur integræ ſub Ritu duplici minore de S. Agatha Virg: & Mart: ùt ibi in Proprio Sanctorum, cum Commemoratione de S. Andrea Corſ. *Col.* *Rub.* Ad Ritum *duplicem* [ cùm h… ctenus eſſet tantùm *ſemiduplex* ] … *Præcepto* elevavit Feſtum S. Aga… Sanctiſ: D. N. Clemens Pap. XI. … nô 1713.

Si Feſtum S. Andreæ Corſ… aut aliud Feſtum hujus Menſis … nerit in *Feria 4. Cinerum*, aut in … *minica I. in Quadrageſima*, nequi… ri *Officium*, aut *Miſſa* [ ne quide… Votiva ſolemnis ] de eo die illa, … transferri debet eô annô in diem p… ximam Officio 9. Lectionum … impeditam, etiamſi ſit *Patro…* aut *Titularis*, vel *Dedicatio p…* *Eccleſiæ.* Similiter transferri de… Feſta 9. Lectionum, quæ veniun… Dominica II. III. & IV. Quadrag… mæ, niſi ſint Feſta 1. Claſſ: puta … *Patroni*, aut *Titularis*, vel *Dedica…* *nis propriæ Eccleſiæ*: nam contra … 3. Feſt. tres dictæ Dominicæ [ cùm … Domin. majores tantùm 2. *Claſſ…* ſunt ità privilegiatæ, quin in ejuſm… loco, vel Eccleſia prædicta 3. Fe… poſſint celebrari; debet tamen ſ… per fieri de Dominica occurr… Commemoratio in utriſque Veſp… ris, Laudibus, ac Miſſa, nec non … ci de eadem 9. Lectio in *Officio*, … ultimum Evangelium in *Miſſa*. C… Feſto conveniens. In Feriis … tem reliquis Quadragesimæ uſq… ad Hebdomadam majorem excl… vè fit de quocunque Feſto 9. Lecti… num, etiam translato, cum Com… memoratione tamen Feriæ cu…

rentis

rentis in Laudibus, Miſſa, ac Veſperis, nec non cum 9. Lectione de Homiliâ ejusdem Feriæ in Officio, ac ultimo de eadem Evangelio in Miſſa. In *Eccleſijs* autem *Cathedralibus* & Collegiatis, quando Tempore Quadrageſimali Officium fit de Feſto 9. Lectionum, dicuntur duæ Miſſæ conventuales, Una poſt *Tertiam* de *Feſto*, cum colore eidem Feſto conveniente; *Altera* poſt *Nonam*, cum colore *Violaceo* de *Feria currente*. In ea, quæ dicitur de *Feſto*, ſi ſit *Feſtum duplex*, nulla fit in Miſſa Conventuali Commemoratio, niſì *Feſti ſimplicis*, ſi quod ea die occurrat; ſi autem ſit Feſtum ſemiduplex, tunc in *Miſſa* Conventuali de Feſto usque *ad Dominicam Paſſionis* erit Oratio 2. *A Cunctis*. 3. Omnipotens ſempiterne DEUS &c. pro vivis & Defunctis, niſi ſimul occurrat *Feſtum ſimplex*; tunc enim 2. erit de *ſimplici*, 3. *à Cunctis*. In ea autem Miſſa Conventuali, quæ dicitur de *Feria*, usque ad Dominicam Paſſionis Oratio 2. eſt *A Cunctis*. 3. pro vivis & Defunctis, niſì occurrat ſimul in ejuſmodi Feſto ſemiduplici Vigilia S. Mathiæ Apoſtoli; tunc enim 2.da erit de Vigilia. 3. autem *A Cunctis*. In ea Miſſa Conventuali, quæ eſt *de Feſto*, ſemper dicitur *Gloria*, & [ ſi qualitas Feſti, v. g. S. Mathiæ, id exigat ] etiam *Credo*; in eadem quoque poſt Graduale ſemper dicitur *Tractus*, & usque ad Dominicam Paſſionis Præfatio Quadrageſimalis, niſì illius Feſti Miſſa propriam habeat Præfationem. In fine ejusdem ſemper dicitur *Ite*, & Evangelium S. Joann: In Miſſa autem Conventuali de Feria ſemper omittitur tam *Gloria*, quàm *Credo*, & in ejus fine, poſt dictam Orationem ſuper Populum [ Ritu in Miſſali, atque etiam ſuprà P. I. Feriâ IV. Cinerum deſcripto ] dicitur : *Benedicamus* &c. & pariter Evangelium S. Joannis, ac Præfatio Quadrageſimalis usque ad Dominicam Paſſionis.

Missæ Privatæ verò, utì & Horæ Canon : de Feſtis 9. Lectionum, quæ infra Hebdomadem Tempore Quadrageſimali occurrunt, dicuntur à Feria IV. Cinerum excluſivè, usque ad majorem Hebd. excluſivè, de ipſo Feſto, ſeu duplici, ſeu ſemiduplici, occurrente, cum Commemoratione tamen Feriæ occurrentis in Veſperis, *Laudibus*, ac *Miſſa*, necnon cum 9. Lectione de Homil. ejusdem Feriæ, ac ultimo de eadem Evangelio in Miſſa, cum colore, ac Ritu Feſto conveniente : poſt Commemorationem de Feria fit etiam Commemoratio Feſti ſimplicis, ſi quod unà occurrat, niſi Feſtum, de quo fit Miſſa, ſit Feſtum 1mæ. Claſſis. Si Feſtum ſimplex non occurrat, & dicatur Miſſa de Feſto ſemiduplici, 3. Oratio usque ad Dominicam Paſſionis erit *A Cunctis*; ſi autem dicatur Miſſa de Feſto duplici,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

3. Oratio non dicitur, ſi Feſtum ſimplex non occurrat: ſive autem dicatur de Feſto *ſemiduplici*, ſive *duplici*, ſemper dicetur *Gloria*, & [ ſi qualitas *Miſſæ* id exigat ] etiam *Credo*; poſt Graduale quoque [ *Omiſſo Alleluja*, & Verſu ſequente ] in Utravis dicitur *Tractus*, & Præfatio Quadrageſimalis [ nisì Feſtum, de quo fit Miſſa, propriam habeat ] & in fine Evan: de fer. curr.

De *Feſtis* autem *ſimplicibus* Tempore Quadrageſimali occurrentibus, tam in Officio, quàm in Miſſa [ ſeu de Feria, ſeu de Feſto 9. Lectionum dicantur ] usque ad Veſperas Feriæ IV. majoris Hebdomadæ excluſivè fit tantùm Commem. nisì etiam hanc Qualitas Feſti, aut Miſſæ excludat.

Atque hôc modô dicuntur Officia, & Missæ Feſtorum hujus Menſis, ſi [ ut ſæpè fit ] incidant in Quadrageſimam: Si verò non incidant in Quadrageſimam, tunc ſi veniant poſt Feſtũ Purificationis [hoc eſt die 2.Februarij]in *Feſtis* duplicibus dicitur in Miſſa non nisì Una Oratio, niſi facienda ſit Commemoratio de Dominica per annum, aut die infra Octavam, aut Feſto ſimplici occurrente; vel de mandato Superioris dicenda ſit Oratio: *DEus refugium*, aliáve ſimilis. In Feſtis autem ſemiduplicibus 2. Oratio poſt diem Purificationis in Miſſa usque ad Quadrageſimam erit *A Cunctis*. 3. ad *Libitum*, niſi facienda ſit Commemoratio diei infra Octavam, aut *Feſti ſi*... *plicis* ſimul occurrentis; tunc e... 2. erit de ſimplici, aut die illa i... Octav: 3. autem, quæ alioquin e... 2.da. In *Feſtis* denique *Simpli*... quoad *Officium*, & *Miſſam* proce... dum tunc erit eô omnino modô,... ſuprà 3. hujus in Feſto S.Blaſij, u... lud celebratur Ritu ſimplici: ... tale Feſtum occurrat ante Quad... Feſto *duplici*, vel *Semiduplici*, dic... etiam de eodem 9. Lectio, ſi p... priam habeat [ aliàs non ] & fit de... dem Commemoratio etiam in ... ficio, ſi aliunde nil obſtet. P... rea in Miſſis Feſtorum, quæ ve... ante Quadrageſimam, dicitur ſem... Præfatio Communis, nisì propri... habeant, aut veniant infra Octav... alicujus Feſti, habentis propri... Præfationem; tunc enim etiam ... dicetur in Miſſa Feſti, propria P... fatione carentis. In eorundem F... ſtorum, ſeu 3. ſeu 9. Lectionum, M... ſis, omiſſo poſt Graduale *Alleluja* ... Verſu ſeq: dicitur *Tractus* [ ſi veni... poſt Septuages: ] & non tantùm *G*... *ria in excelſis*, ſed etiam reſpectivè *Cr*... *do*, ſi qualitas Miſſæ id exigat.

5. S. AGATHÆ VIRG. & Ma... *Duplex min. Col. Rub.* In Offic... omnia, utì notantur in proprio lo... in *Proprio Sanctorum*, faciendo ju... herì dicta Commemorationem ... Feria Quadrageſimali, ſi occurr... in Quadrageſima, in Veſperis, ... Laudibus, nec non dicendo 9. nam...

eadem

eadem Feria Lectionem. Missa pariter propr: cum *Glor.* ſine *Cred.* Poſt Graduale, ſi veniat poſt Septuageſimam, omiſſo *Alleluja*, & Verſ. ſeq: dic: Tractus. Oratio 2. extra Quadrageſ: unica, niſi alicubi ſimul occurrat Feſtum ſimplex. In Quadrag: Oratio 2.da de Feria curr. Extra Quadrag: Præfatio Communis : In Quadrag: Præfatio Quadrageſimalis, & in fine Evangel: de Feria currente. *Si hoc*, aut aliud Feſtum 9. Lectionum veniat in Quadrageſima, *tunc in* Eccleſijs Cathedralibus, & Collegiatis dicentur 2. *Miſſæ Conventuales* modô die præced: declaratô.

In 2. Veſperis fit Commemoratio (attamem poſt Commemorationem Feriæ occurrentis, ſi veniat in Quadrageſima, aut Dominicæ ſequentis, ſi quæ ſequatur) de S. Dorothea Virg: & Mart: ùt in 1. Veſp: in Communi Virg. Oratio : *Indulgentiam &c Col. Rub.* Si in 2. Veſp: S. Agathæ aut alterius Sanctæ fieri debeat Commemoratio de B. V. in Sabbato, pro ejus Officio ſequenti Sabbato celebrando, tunc, ne Verſus: *Diffuſa eſt gratia &c* jam dictus in 2. hodiernis Veſperis debeat in ijsdem repeti, dicendus eſt pro Commemoratione de S. Maria Verſus : *Benedicta tu &c* ex Laudibus Officij B. V. M. in Sabb. per Rubr: gener: IX. n. 8.

In Societate JESU (niſi occurrat hodie Dominica privilegiata, aut alicubi *Feſtum Patroni Principalis*, aut *dedicatio Eccleſiæ Cathedralis*) celebratur hac die ſub Ritu duplici majore Feſtum 3. B. B. Martyrum Japonenſium Pauli Michi, Joannis De Gotto, & Didaci ſeu Jacobi Quizai, ex ead. Soc. In 1. *Veſperis* dicuntur Antiphonæ, Pſalmi, & reliqua omnia ùt in Communi plur. Mart. Oratio: *DEus, qui nos annua BB. Martyrum tuorum &c.* ùt ibi. *Col. Rub.* Ad *Matutinum Lectiones* I. Nocturni : *Fratres debitores &c.* II. Quotiescumque. III. De Homil S. Greg. in Evang: *Cùm audieritis prælia*, ùt in Communi plur. Mart. primô loco : cum toto reliquo Officio. Quòd ſi hoc Feſtum celebretur in Quadrageſ: dicetur 9. Lectio de Feria currente, cum Commemoratione in utriſque Veſperis ac Laudibus, Feriæ pro tunc currentis.

Missa : *Salus autem juſtorum* (3.tia de Communi plur. Mart.) exceptô 1. Evangelio [ *Cùm audieritis Prælia* ] quod ſumitur ex Miſſa *Intret*, h. e. 1.ma de Communi plur. Mart. Dic: in ea *Gloria*, non tamen *Credo*, niſi celebretur in Dominica aliqua poſt Epiphaniam, ſeu non privilegiata, aut in ejusmodi Eccleſia Societatis, in qua habetur *Inſignis de ijs Reliquia*, aut eſt *Populi concurſus cum ſolemniore Miſſa*, ùt dicitur in Decreto Congreg Gen: XV. de anno 1706. quod ideo addi videtur : quia ſicut

*ſolus concurſus Populi ſine alio ſolemnitatis Titulo non facit, ut legitimè dicatur* Credo *ex Rubricis*, alioquin (inquit Gavantus To. 1. P. 1. Tit. 11. in fin.) *in Eccleſijs ruralibus in omnibus Feſtis diceretur* CREDO, ità nec ſufficit qualiſcunque Miſſa ſolemnis; alioqui quoties decantaretur Miſſa ſolemnis in aliquo Feſto, primæ præſertim, aut 2. Claſſis, ad quam numeroſus Populus confluere ſolet, dici poſſet *Credo*, quod tamen & Rubricis, & Praxi univerſalis Eccleſiæ repugnat, ùt patet in Feſtis S. Joannis Baptiſtæ & S. Laurentij extra proprias eorum Eccleſias: quantumvìs igitur Officium aliquod ſolemne, etiam in hoc, aliόve ſimili Feſto minùs principali Ordinis, in Templis Societatis decantetur, & ad illud ejus Scholares, aliíque plures Devoti confluere ſoleant, non tamen idcirco (ut etiam Româ reſcriptum) in Miſſa tali ſolemni dici debet, aut ſalvis Rubricis poteſt *Credo*. Quid autem, & quantum ad prædicta accedere debeat, ut *Credo* in Miſſa ſolemni de hujusmodi Feſto dici queat, nec in dicto Decreto, nec apud alios expreſſum reperio: cenſeo ego (ſalvo meliore aliorum judicio) talem accedere ad prædicta debere cauſam, qualis alioqui requiritur juxta Communem Rubriciſtarum, ut Miſſa votiva ſolemnis pro re gravi cantari queat, ut ſi v. g. ad Templum, in quo celebratur Feſtum de hujuſmodi Beato, inſtitueretur à Communitate a[liqua] qua ſolemnis Supplicatio, aut a[lia] publica in eo Devotio in gratiar[um] actionem pro accepto tempore Pe[stis] aut Belli per ejus Invocationem [in]ſigni Beneficio, aut in ordine ad [ac]cipiendum ab eo ſimile Benefic[ium].

Cæterùm ex Indulto Urba[ni] Pap. VIII. per S. R. C. 26. Sept. 16[..] emanato, poſſunt omnes Sacerdot[es] tam ſæculares, quàm Regulares, [in] Eccleſias Soc. JESU Confluentes [in] illo, quô Feſtum 3. prædictorum B[B.] Martyrum Japonenſium in illis [ce]lebratur, & ipſi *Officium*, ac *Mi[ſſam]* de Communi plur. Mart: ſub eo[dem] Ritu in Societatis Eccleſijs [non [ta]men extra] de ijsdem BB. Mar[ty]rib: dicere, ac celebrare. Vid. [P.] Georg. Gobat Tom. 1. Edition. [...] P. 1. Tr. 3. n. 678. & n. 696. Append. 1. Litt. S. & ſeqq. Quid autem *E[c]cleſiæ Societatis* Nomine intelligan[tur] declarat Tract: 3 Quinarij: n. 1[..] 136. & 198.

In 2. Veſperis BB. Mart. Japonens: fit Commemoratio S. Agathæ [utpote, dequa in Soc: fit cr[a]ſtinum Officium, & fuit hodie] n[on] non S. Dorotheæ Virg. & Martyr. de qua etiam cras dicitur ibidem 9. Lectio, ſi cadat extra Quadrageſ. & Dominicam, cum Commemoratione ejuſdem in craſtinis Laudibus, ac Miſſis.

Quòd ſi Feſtum BB. Martyrum Japonenſium celebretur in Quadrageſ. tunc in Veſperis, Laudibus, a[c]

Miſſa

Miſſa facienda eſt Commemoratio [ ante Commemorationem de Feſto ſimplici ] de Feria die illo occurrente, nec non dicenda de eadem Feria 9. Lectio in Officio, & ult: Evangel: in Miſſa. Quòd ſi idem Feſtum BB. Martyrum cadat in *Dominicam privilegiatam* ( v. g. *Septuageſimæ* ) aut in *diem Cinerum*, vel alicubi ( ùt in diœceſi Brixinenſi ) eodem die occurrat Feſtum *Patroni Principalis Diœceſeos*, transfertur juxta Rubricas in diem proximam Feſtô 9. Lectionum non impeditam; & quidem etiam in ultimo caſu, niſi ſtabilis eidē celebrando dies in hujusmodi caſu de Licentia Sedis Apoſtolicæ fuerit aſſignata, ſiquidem verum ſit, quòd Sac. Rit. Congr. 1682. 28. Nov: declaraverit, Neminem poſſe aſſignare Feſtis translatis *diem fixum* ſine Speciali Licentia Sedis Apoſtolicæ : licèt autem hujus Decreti Authenticam Promulgationem hactenus reperire non potuerim ( nam Libellus Venetijs impreſſus 1702. allegans illud, nullius ampliùs eſt Authoritatis, poſtquam in Indicem Librorum Prohibitor. 1709. 4. Mart. relatus eſt) Româ tamen accepi & ſcripto, & Oretenus, non eſſe ibi morem in noſtris Eccleſijs, ut *dies fixa* aſſignetur talibus Feſtis, etiam perpetuò impeditis, cujusmodi apud nos ſunt Feſtum S. Agathæ, Feſtum S. Cajetani &c. ſed in diem proximam non impeditam juxta Rubric: de translat: Feſtor: quo annis transferri. Quod Reſponſum confirmatur authoritate ſeu Teſtimoniô alterius cujusdam Decreti poſtmodum ad me delati, ac infrà afferendi.

